

peræ, reguli, & scorpiones, ceteraque huiuscmodi, ferorem solis declinantia, umbram petere) intrauiimus
quidem speluncam, sed statim in ipso introitu sinistra nos foue credimus, ne quaquam ultra progradientes,
dum mortem fugimus, incurramus in mortem: illudque nobiscum reputantes, si iuuat Dominus miseris,
habemus salutem; si despicit peccatores, habemus sepulcrum. Quid putas fuisse nobis animi: quid terroris,
cum ante specum haud procul starent dominus & conseruus, & vestigio indice iam ad latebras peruenissent?
O multo grauior expectata, quam illata mors. Rursus cum timore & labore lingua balbutit, & quasi clama-
tante domino, mutare non audeo. Mittit seruum, vt nos de specu trahat: ipse camelos tenet, & euaginato
gladio, nostrum expectat aduentum. Interea vero, tribus ferè vel quatuor cubitis introgresso famulo, no-
bis ex occulto tergum eius videntibus, (nam oculorum istiusmodi natura est, vt post solem umbram intran-
tibus excaſint omnia) vox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri: quid statis? quid moramini?
exite, dominus vocat, patienter expectat. Adhuc loquebatur, & ecce pertenebras aspicimus leenam inuasiſ-
ſe hominem, & gutture suffocatum, cruentum intro trahere. IESV bone, quid tunc terroris nobis, quid gau-
dij fuit? spectabamus, domino nesciente, hostem nostrum perire: qui cum videret illum morsas facere, suspicac-
tus est duos vni resistere: sed iram differre non valens, sicut tenebat gladium, ad speluncam venit, & furore
rabido serui increpans recordiam, prius à fera est tentus, quam ad nostras latebras perueniret. Qui sunt, qui
hoc crederent, vt ante os nostrum bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similis ante oculos
nostros versabatur interitus, nisi, quod tutius erat, rabiem iconis, quam iram hominis, sustinere. Pauemus
intrinsecus, & ne mouere quidem nos ausi, præstolabamur euentum rei, inter tanta pericula, pudicitia tan-
tum conscientia pro muro septi. Leena insidias cauens, & visam esse se sentiens, apprehensos mordicus catu-
los effert, nobisque cedit hospitium, neque tamen satis creduli, statim erumpimus, sed expectantes diu, egredi
cogitantes, illius nobis semper figurabamus occursum. Sublato ergo horrore, & alia transacta die, egredi-
murd ad vesperam, vidimusque camelos, quos ob nimiam velocitatem dromedarios vocant, præteritos ci-
bos in ore voluere, & in alium missos, iterum retrahere. quibus ascensis, & noua sitarcia, id est, annona refo-
cillati, decima tandem die ad Romana per desertum castra venimus, oblatique tribuno, rem ordine pandi-
mus: inde transmissi ad Sabinum, Mesopotamiae ducem, camelorum precium accepimus. & quia iam Abbas
ille meus dormierat in Domino, ad hac delatus loca, me monachis redi, hanc tradid virginibus, diligens
eam vt sororem, non tamen ei me credens vt sorori. Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retulit:
hæc ego vobis narrai senex, & castis historiam castitatis expono, virgines castitatem custo-
dire exhortor, vos, narrate posteris, vt sciāt, inter gladios, & inter deserta, & be-
stias, pudicitiam nunquam esse captiuam; & hominem Chri-
sto deditum posse mori, non posse
superari.